

Disco Hoofdstuk 8 – Extra tekst

Aeneas et Creüsa



Aeneas cum patre et filio Ascanio et uxore Creüsa e Troia fugit.

Creüsa per vias Troiae currit. Ubique Aeneam et filium quaerit. Cogitat: “Ubi Aeneas est? Cur me reliquit? Aenea, num sine me abiisti?”. Ad portam currit. Subito quattuor Graecos prope portam videt. Nec fugere nec se occultare potest. Exclamat: “Parce mihi, nam gladio et telo careo!”

Sed viri dicunt: “Tibi non credimus. Omnes Troiani hostes sunt. Diu pro Troia eramus et saepe Troiani telos mittebant et nobis nocebant. Nunc nos Troianis gladiis instare possumus. Dolo Troiam expugnauimus, muros cepimus. Urbem delere et Troianos necare statuimus.” Creüsa in turbam fugit, sed ehue, Graeci eam necant.

Interea Aeneas rediit. Aeneas Troiam per portam intravit. Uxorem Creüsam diu quaerebat; nusquam autem eam invenire potuit. Nec in templis nec prope muros eam apparere vidit. Inter turbam eam vocabat, sed frustra. “Creüsa! Creüsa! Quid accidit?

Troiae = van Troje
ubique = overal
num = toch niet?

se = zich

omnes = alle

expugnare = veroveren
ehue = ach!

interea = intussen

O dei, ubi coniugem meam occultavistis? Eam mihi redde!”, exclamavit.

Tandem amicum vidit et ei dixit: “Horreo, nam flammas urbem delere aspicio! Simul hostes nobis Troianis instant: alii viros necant, alii etiam liberis non parcunt. Ecce, ubique corpora in viis iacent. Urbs tamquam Tartarus est! Amice, dic mihi, Creüsamne dei servaverunt? Eamne vidisti?”

Tum amicus Aeneae dixit: “Respondere dubito. Creüsam enim vidi. Ea per urbem obscuram ad portam fugiebat, cum subito Graeci tela ad eam miserunt. Eheu, Creüsa statim cadit! Surgere non potuit, nam Mors eam iam rapuit et in Tartarum duxit, ubi nunc umbra tantum est.”

Aeneas dolebat et lacrimae oculos complebant. Creüsam nusquam invenit, modo umbram eius invenit! Diu lacrimat. Tandem dicit: “Creüsa, semper te amavi. Nunc te servare non iam possum. Penates et filium nostrum mecum duco et eis Troiam novam condam. Vale...”

Deinde cito ad oram rediit, ubi pater et filius prope naves eum exspectabant.

mea = mijn

amicus = vriend

ubique = overal

rapuit : *pf. van rapere*

eius = van haar

noster = onze

novam = nieuw

condam = ik zal

stichten